

Kc
3008



Vol. 24.



6

Q. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO OCTAVA,
DE
SUCCESSIONIBUS
AB INTESTATO,

Ex Lib. III. Tit. I. Inst. Jur. Funct.

*Nov. 118. Cap. 1. 2. 3. & Tit. un. ff. & C. unde Vir
& Uxor. it. L. 4. Cod. de Bon. Vacant.*

THESES XXXII. Continens;

QVAM

AUCTORITATE ET PERMISSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
PRÆSIDE

D^N. MARCO RHODIO, J. U. D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,

D^{NO}. COGNATO, PROMOTORE ac HOSPITE SUO,

OMNI OBSERVANTIÆ CULTU DEVENERANDO,

Die XXX. Octobr. Anni M. DC. LXXXIV.

Publicè ventilandam exhibet

HENRICUS *Bozards* / Brem. Sax.,

AUCTOR ET RESPONDENS,

Horis locoque solitis.

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.

REPETITIONUM COLLEGI
AD IUSTITIAM IMPERIALEM
DISPUTATIO OCTAVA
DE
SUCCESSIONIBUS
AB INTESTATO
EX LIB. III. Tit. I. Inf. Tit. I. Inf.
Nov. 18. Tit. I. Inf. Tit. I. Inf.
Theses XXII. Continens
AUCTORITATE ET TERMINIS
D. MARCO RHODIO
AUCTOR ET RESPONDENS
HAB. 18. Tit. I. Inf. Tit. I. Inf.





L. D. B. V.

REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTITT. J. IMPER.

DISPUTATIO OCTAVA.

Ingressus.

Dispositione ultimarum voluntatum, tam quoad heredes, quam reliqua capitula, ut plurimum eis quæ continentur, loci & dignitatis ordine posteriores sunt successiones ab intestato. Usus tamen harum & cognitionis necessitatem si cum animo lubet volvere, nulli alii juris materiæ eadem cedunt. Quæ enim, sodes, ad Facultates juridicas, ad curias, ad fora & tribunalia ævi nostri, quæstiones & iurgia frequentius devolvuntur, quam de Successionibus ab intestato, quæ alias & legitimæ audiunt. In determinatione earundem Jus ipsum Romanum mirificam varietatum & mutationum eclipsin non semel passum est. Mores & singularia locorum statuta insuper adeò de iis discrepant, ut, quæ alibi prorsus æqua, iniqua alibi censeantur. Mihi interim hanc utilem juxtà ac difficilem Materiam

A 2

teriam

teriam cum fors obtulerit, inde ut theses ad ventilandum aptissimas, loco Disputationis publicæ seligerem, *Nov. 118.* ad postremum desuper latam pro norma habui potissima. Cæterum hoc quicquid est instituti nullam meret ex se; omnem tamen, quâ fortè non indignum judicatur, in B. Lect. propensa æquanimitate ac favore commendationem ponit.

THESES. I.

Duo commodissime statuuntur modi, quibus aliquis, quoad successiones ab intestato vel legitimas, intestatus dicitur: Alter, si planè quis non fecit testamentum; alter verò, si id, quod fecit, ruptum irritumvè factum.

Pr. Inst. d. Hered. quæ ab intest. l. 1. pr. ff. de suis & legit. Suth. ad Inst. Disp. 11. Aphor. 2.

II.

Intestatum etiam vel intestabilem, quem esse, in hac materia, effectu juris inspecto, pro eodem habetur; ideóque statutum de illo expressè loquens, & bonis certis gradibus applicans, etiam in hoc intestabili locum habet.

L. 1. pr. ff. de suis & legit. l. 6. Cod. de test. milit. l. 10. Cod. de Legit. hered. l. 6. Cod. ad SC. Tertull. Bachov. ad Trentl. V. 2. Disp.

*Disp. 16. tb. 1. lit. A. Wissenb. ad Inst. Disp. 30. tb. 3. item Zep-
per. d. Succ. ab intest. in παρρησι. pag. m. 8.*

III.

Successiones ut ex testamento: ita & ab intestato origine quidem juris Gentium: at formâ, quâ hodie utimur, juris civilis sunt.

Arg. §. 2. Inst. d. J. N. G. & C. l. 5. Cod. de Just. & jur. l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 36. §. 2. C. de Inoffic. testam. Nov. 1. Proem. §. 2. l. 29. §. 2. ibi: Adversus bonos mores & jus Gentium. ff. de Donat. l. 8. ff. de pet. hered. l. 2. §. 4. ff. de suis & legit. hered. Hug. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 3. item Hillig. ad Donell. l. 9. c. 1. lit. A.

DISSENT. Gomez l. 1. V. R. 1. n. 2. & 3. item Ferd. Vasq. p. 1. illustr. Qv. est. lib. 3. C. un. n. 2.

IV.

Missio earum jure, quod Titt. 9. prioris libri. l. 3. Inst. latius traditur, hodie tres considerantur potissimum ordines, Descendentium, Ascendentium, & Collateralium; Quibus tamen ex jure veteri adhuc duo alii accedunt, nempe Conjugum & Fisci.

Nov. 118. c. 1. 2. & 3. l. un. §. 1. ff. unde vir & uxor. l. un. & autb. Preterea. Cod. eod. l. 1. & 4. Cod. de bon. vacant. Suth. ad Inst. Disp. 11. Aphor. 42. it. 77. & seqq. Joh. Cöpp. in Usu pract. Inst. observ. 149. per tot. it. Georg. Schulz in Syn. Inst. Tit. de succ. cognat. latissimè.

V.

Quamvis differentia sexûs hîc nul-

A 3

la

la superfit, non dubito tamen, quin adhuc valeat statutum, quo, exstantibus filiis, filia à successione ab intestato ex parte arcentur.

Nov. 118. cap. 1. in pr. Ibi. cujuslibet nature, junct. arg. l. 195. §. fin. ff. de V. S. it. Num. 27. vers. 8. Hunn. Variar. Resolut. 3. tract. 1. quest. 5.

VI.

Jure Feudali etiam masculi tantum; non foeminae succedunt.

1. Feud. 1. §. hoc autem. de his qui feud. dar. poss. 2. feud. 14. in pr. verb. ad filias verò. de succ. frat. 2. feud. 51. §. similiter. de capit. qui cur. vend. 1. feud. 8. §. filia. de succ. feud.

VII.

Foeminae tamen propter masculi existentiam semel exclusae, ubi feudum utriq; sexui olim acquisitum, in perpetuum exclusae non censentur.

Per text. 2. feud. 17. de eo, qui sibi vel hered. suis masc. 1. feud. 8. §. fin. de succ. feud. 2. feud. 18. c. 1. de duob. frat. à capit. infest. Mynsing. cent. 5. Obs. 74. Welenb. cons. 74. n. 18. & 19 p. 2. feud. c. 7. n. 23. Vultej. l. 1. cap. 9. n. 83.

DISSENT. Borch. c. 7. p. 2. n. 6. Gail. lib. 2. Obs. 148. Fachin. lib. 7. contr. c. 45.

VIII.

Liberi interim ex justis nuptiis procreati tam emancipati, quam sui juris, ante omnes alios parentibus succedunt, & quidem in capita.

Nov.

Nov. 118. cap. 1. Nov. 115. cap. 3. l. 7. in fin. ff. sit tab. test. null. exstab. l. 1. §. 6. 7. in fin. ff. de bon. poss. contr. tab. Ludw. ad §. 5. Inst. de Exhered. lib. n. 3. Forster. de Succ. lib. 8. c. 9. n. 6. Heig. ad tit. Inst. de Hered. ad intest. cap. 5. in primo ordin. n. 28. Zœs. comm. ff. tit. de suis & legit. hered. n. 5.

IX.

Nepotes verò patrem repræsentant, & jure illius in stirpes succedunt; Quod jus repræsentationis in descendentibus locum habet in infinitum.

Nov. 118. cap. 1. verb. aut alios descendentes. & §. ult. Inst. h. t. & per text. leg. 1. §. 7. ff. de Conj. cum emancip. lib. Wesenb. ad §. un. in fin. n. 3. h. t. Ungep. Exerc. 9. qu. 3. Bökelm. in comp. Inst. §. 3. h. t.

X.

Hinc & filius Primògeniti in successionem regni, quod jure & consuetudine ad primògenitum devolvitur, patruo secundògenito, mortuo patre, habetur potior.

Nov. 118. cap. 1. vers. in hoc enim ordin. Zœs. ad ff. de suis & legit. hered. n. 15.

XI.

Nepos post mortem avi conceptus, admittitur unâ inter alios descendentes, ad successionem, etiam si sit herma-phroditus

Nov. 118. c. 1. §. 2. vers. posthumi quog. & §. 8. Inst. de hered. qua ab intest. l. 6. in fin. & l. seqq. ff. de suis & legit. hered. arg. l. 10. ff. de stat. hom. l. 6. §. fin. d. lib. & posthum. Wesenb.

in

in § Et licet. Inst. de Hered. quæ ab intest. defer. Hunn. var. res. L. 3. tr. 1. qu. 7. Forst. lib. 4. de Succ. ab intest. c. 33. n. 7.

XII.

Idem, quicumque nepos, nec excluditur à successione avi sui, quamvis & patris hereditatem repudiaverit.

L. ult. Cod. und. lib. junct. arg. §. 2. Inst. de hered. qual. & diff. l. 57. pr. ff. d. acquir. hered. & l. 7. §. 1. ff. eod. Beat. Dn. Brunn. ad d. l. ult. C. und. lib. n. 3. & 4.

XIII.

Nulla affinitatis ratione defertur ab intestato successio.

L. 7. Cod. comm. de Succ. Barry de succ. lib. 18. tit. 4. n. 10.

XIV.

Legitimati autem liberi succedunt parentibus, ut legitimi, in allodia; at non in feuda, nisi legitimati sint per subsequens matrimonium.

Nov. 74. cap. 2. Nov. 12. cap. 4. Nov. 89. cap. 8. 2. feud. 26. §. naturales. si de feud. defunct. cont. sit. Gail. lib. 2. Obser. 141. Forst. lib. 6. c. 28. & 29. Bökelm. in comm. Inst. §. 4. b. t.

XV.

Parentes cùm succedunt liberis prædefunctis, distinctio bonorum, unde hæc pervenerint sive à patre, sive à matre, non attenditur.

Nov.

Nov. 118. cap. 2. ibi: ex aqvo. Matth. Stephan. comm. d. Nov. 118. n. 38. pag. m. 645. Berensf. dict. loc. th. 7. q. 1. Dn. Stryk, de Succes. ab Intest. c. 3. artic. 1. §. 16. 19.

XVI.

Proximus ascendens excludit remotiorem, quamvis hic defunctum in potestate habuerit; jus enim repræsentationis inter ascendentes non attenditur.

Nov. 118. cap. 2. auth. Defunct. Cod. ad SC. Trebell. Mich. Grass. in §. successio ab intestato. q. 22. n. 6. Mathesil. in tr. de Succes. ab intest. artic. 2. princip. n. 6. Borh. de grad. p. m. 213. & seqq. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 10. n. 4.

XVII.

Hinc si avus Paternus concurrat cum matre, excluditur is, & mater sola succedit.

Auth. Defuncto. Cod. ad SC. Trebell. Nov. 118. cap. 2. Hil. lig. ad Donell. lib. 9. c. 3. lit. E. Carpz. P. 3. Constit. 17. def. 8. Forst. de Succ. lib. 7. c. 4. n. 23. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 16. th. 4. lit. D.

XVIII.

Ab ascendentibus porrò fratrum liberi soli, id est, nullo germano fratre superstite, non excluduntur: sed hi cum illis admittuntur, & succedunt in stirpes.

Nov. 118. cap. 2. si verò cum ascend. Nov. 121. cap. 1. Dn. Stryk, d. l. §. 26. 27. 28. Rittersh. p. 7. c. 10. n. 8. & 9. Gud. de jur. Nov. lib. 2. c. 14. Forst. 7. Succes. ab Intest. c. 7. n. 142. Johan à Sande decis. Fris. lib.

lib. 4. tit. 8. def. 5. Mich. Grass. Recept. sentent. §. successio ab intestato. q. 23. Stephan. ad Nov. 118. n. 42. Dn. Richt. de Success. ab Intest. sect. 2. memb. 1. n. 17. Dissent. Suth. disp. 11. n. 66. item Bern. d. l. qv. 3. Borch. de grad. p. m. 225. Cujac. ad Nov. 118. Franc. Barry. de Success. lib. 18. tit. 2. n. 2. in fin.

XIX.

Si primi gradus plures concurrant parentes, illi si soli sint, hereditatem inter se in genera dividunt, ita ut dimidiam capiant adscendentes ex patre, alteram dimidiam ex matre.

Nov. 118. c. 2. vers. si verò eund. Rittersh. ad Nov. p. 7. 6. 10. n. 13. Mich. Grass. Recept. sentent. lib. 1. §. successio ab intestato. qv. 22. n. 4. Anton. Perez comm. Cod. de SC. Tertull. n. c. Matth. Stephan. ad Nov. 118. n. 43.

XX.

Neque tamen paterna paterni, neque materna materni præcipiunt: sed omnia dividuntur inter ascendentes ex æquo; nam nulla hîc distinctio bonorum obtinet.

Nov. 118. cap. 2. ibi ex æquo inter &c. Forst. 7. de Success. ab Intest. c. 4. n. 6. § 142. Rittersh. ad dict. Nov. p. 7. c. 10. n. 6. Rauch. in tr. de success. ab intest. §. 14. n. 4. & seq. it. n. 11. & seq. & §. 12. n. 7. Mynsing. cent. 6. obs. 55. Grass. in d. §. success. ab intest. c. 4. n. 5. vers. contrarium. Vinn. lib. 2. comm. opin. n. 218. Fachin. lib. 6. cont. jur. cap. 4.

XXI.

Fratrum filii si soli existant, hereditatem

tem

tem dividunt in capita, thios quoque defuncti excludunt.

Nov. 118. cap. 3. vers. sed & ipsis Reces. Imp. 1529. §. item als bisshero 31. Berens. ad Inst. disp. 8. th. 3. q. 2. Hunn. var. res. 3. tract. 1. qv. 37. l. 1. in fin. si pars hered. pet. l. 2. §. hac hered. ff. de suis & legit. hered. l. pen. in fin. & l. ult. §. 3. ver. Illo. Cod. de leg. hered.

XXII.

Consanguinei etiam Fratres paterna, uterini materna non præcipiunt; nam haud aptum foret distingvere in linea collateralis, cum nulla fiat distinctio in ordine ascendentium, à quibus bona profecta sunt.

Nov. 118. cap. 3. & cap. 2. Fachin. lib. 6. controu. jur. 5. DISSENT. Comm. Dd. teste Gud. l. 2. de jur. Nov. c. 15. per Nov. 84. c. 1. §. plurimi namque. per l. 13. §. ult. Cod. de legit. hered.

XXIII.

Succedunt iidem Collaterales, de quibus nunc ago, in infinitum.

Arg. l. 4. Cod. de Bon. vac. Nov. 118. c. 3. vers. omnes deinceps Forst. l. 3. de succ. ab intest. c. 10. Ungep. Exerc. 9. qv. 9. Wel. ad §. ult. Inst. de succ. cogn.

DISS. Mynf. & Schneid. ad §. ult. & pr. Inst. de hered. qua ab intest. defer. Gail. 2. obs. 150. ad eund §. ult.

XXIV.

Si defuncti patruus adsit, & cum fratrum liberis ex Thiis nemo concurrat; de-

B 2

functi

functi patruus quidem excluditur; non tamen jure repræsentationis: sed jure proprio.

Nov. 118. cap. 3. vers. quandoquidem. Balduin. de jur. Nov. lib. 4. ad Nov. 118. p. m. 569. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 38. tb. 33. Rittersh. ad Nov. p. 7. c. 13. n. 14. Dn. Richt. ad auth. post fratres autem. Cod de legit. hered.

DISS. Forst. de Succ. lib. 8. c. 9. num. 2. Stephan. d. l. num. 64.

XXV.

Ad hoc, ut conjuges, deficientibus omnibus Cognatis, sibi ex jure Prætorio invicem succedant, matrimonium solo consensu initum sufficit, nec opus est copulæ carnalis accessione.

L. un. ff. & Cod. und. vir & uxor. Auth. Præterea. Cod. eod. junct. arg. l. 30. de R. I. Gail. 2. obs. 80. n. 3. & 4. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 61. n. 5. Dn. Stryk. de Success. Conjug. artic. 1. §. 6.

DISSSENT. Kohl. de succ. conj. p. 1. n. 1. Schneid. de Success. vir & uxor. n. 20. Mud. in comm. ad tit. Cod. und. vir & uxor.

XXVI.

Nullum est dubium, si divorcium patiatur matrimonium, quòd tunc successio locum non habeat; sed si separatio, quo ad thorum & mensam, tantum facta, putò adhuc salvam esse successionem parti innocenti.

d. l.

d. l. un. §. 1. ff. und. vir & uxor. Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. tit. 12. def. 215. & jur. Forens. p. 3. c. 26. def. 17. 18.

XXVII.

Quæ portio ita jure prætorio, ut & aliàs jure Civili, potiùs ex provisione legis, quàm hominis, debetur superstiti Conjugi, per testamentum ipsi nullo modo auferri minuive potest.

dd. tit. it. Nov. 53. 74. & 117. c. 5. junct. arg. l. 55. ff. d. leg. 1. Gail. 2. obs. 119. & sec. alios, Zepper. de success. ab intest. c. 4. p. m. 30.

XXVIII.

Pactum etiam reciprocum de futura successione inter conjuges utrimque iniri solitum, adeò validum est, ut neque ob ingratitudinem revotari possit.

Dd. comm. ad d. l. un. ff. & Cod. und. vir, & uxor. Gail. lib. 2. observ. 126. n. 23.

XXIX.

Ultima successio Fisci est, modò is bona vacantia intra quadriennium agnoscat.

l. 1. & 4. Cod. de bon. vacant. l. 6. §. 7. ff. si quis om. caus. test. item. l. 1. §. 2. ff. de f. Fisci. Zepper. de tb. c. 5. p. m. 31.

XXX.

Hereditas tamen, quæ filiis rebellium defertur, ipsi Fisco non statim applicatur; sed proximioribus ab intestato venientibus.

Arg. l. 1. Cod. d. nupt. Menoch. conf. 275. n. 26. lib. 3. Fachin. lib. 9. c. 26.

B₃

XXXI. Tu-

XXXI.

Tutor verò non præfertur Fisco in bonis pupilli.


Nov. 18. cap. 5. l. tut. Cod. comm. de succ.

DISS. Peregr. intr. de jur. Fisci. lib. 4. t. 3. n. 18. Cævall. de tut. & curat. n. 336.

XXXII.

Fiscus interim non tenetur respondere creditoribus de ære alieno, nisi in quantum se vires hereditatis & facultatum defuncti, cujus bona occupavit, extendunt.

Per l. 1. §. an bona. & per leg. 11. non possunt. ff. de jure fisci, & l. 27. mulier bona. ff. de jur. dot. & l. 33. qua dotis. ff. de solut. matrim. l. si de bonis. Cod. de jur. de liber. 10. l. 3. ff. de bonor. poss. Rittersh. part. 7. c. XIX. n. 3.



Qvæ

*****:*****
QVæ fint ingenii vires, animiqve recessus;
Qvo zelo soleas invigilare libris:

Ista probaturus Cathedram conscendis, AMICE,
Ex qua Juridicas ritè tuere Theses.

Grator profectus: augmentum comprecor, ac ut
Ad metam Studium provehat ipse DEUS!

*Nobilissimo Dno Respondenti, Amico suo honorando,
prosperum studiorum successum atq; optatum
exitum apprecari hisce voluit*

JOH. Riesselman / SS. Theol. D. & Prof. Ordin.

Lusibus ac aliis alii quæ tempora nugis
Impendunt, studiis Te tribuisse juvat.

Hanc animi laudem presens, EDZARDE, recenset
Lux, calami vires quæ Geniig; probat.

BREMA tuos ausus extollit, & ODERA gaudet,
Sic operam Musis Astreiaq; dari.

Quis dubitet, Tibi jam Successio grata futura,
Quin aliquando boni, quod meruere boni?

Seu Testatus enim, seu Intestatus obire
Quis velit, est avidus Cultor uterque Tui.

Mox & Opes & Honos suavi jungentur acervo;
Quæ si dissideant, Nemo beatus erit.

Macte Tuâ Virtute, viam, quæ florida, perge,
Sic in Te PATER est, sic redivivus AVUS!

Quicquid ages & agis, succedat, ut, Unicus Hæres
Mas, ample clueas firma Columna Domûs!

Ita Disputationem hanc Nobiliff: ac pereximii Dn. Re-
spondentis, Propinqui & h. t. Consalini sui optimi
prosequitur Disp. ej.

PRÆSES.

Dotibus ingenii polles ornasqve Cathedram
Raris; laudandum vota coronet opus!

*Nobiliss. Dn. EDZARDO, Amico suo per dilecto
de egregio specimine Eruditionis ex animo
gratulatur*


THOM. Siegf. King / D. Pandect. P. P. Ord.



EDZARDI, Superas latus Virtutis in arces,
Intutum recipis Te meritumqve Decus.
Sidereus Patrii Tibi conscia Nominis ardor
Pectora, non humili flammam agitqve face.
Usqve, Typus magni quondam Genitoris & Index,
Eviecto superet vivida Fama rogo.

*Nobilissimo Disputationis Auctori, Affini, atqve
Amico suo Honoratissimo l. m. q. scr.*

TIDO HENRICUS à LITH, Eloquent.
Profess. Ord. & Civ. Francof. Consul.



Tollere, Virtutis certus Successor Avita
Et clarum Laudis percitus æquor ini.
*Plurimus inceptis auspex en! ridet Apollo,
Prona Dice niveo sidere tota favet.
Temporibus vivas contexit Gloria Lauros,
Quæ pretium fame non morientis erunt.*

*Hæc in Honorem Nobiliss. Dni. Authoris,
Conterranei atq; Amici sui planè singu-
laris apponere voluit*

DIDERICUS à LITH, Bremensis.



Kc 3008

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3
006 374 700


1077
[Handwritten signature]





Q. D. B. V.
 REPETITIONUM COLLEGII
 AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
 DISPUTATIO OCTAVA,
 DE
**SUCCESSIONIBUS
 AB INTESTATO,**

*Ex Lib. III. Tit. I. Inst. Jur. Funct.
 Nov. 118. Cap. 1. 2. 3. & Tit. un. ff. & C. unde Vir
 & Uxor. it. L. 4. Cod. de Bon. Vacant.*

THESES XXXII. Continens;

QVAM
 AUCTORITATE ET PERMISSU
 MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
 IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
 PRÆSIDE

DN. MARCO RHODIO, J.U.D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,
 DNO. COGNATO, PROMOTORE ac HOSPITE SUO,
 OMNI OBSERVANTIÆ CULTU DEVENERANDO,
 Die XXX. Octobr. Anni M. DC. LXXXIV.

Publicè ventilandam exhibet
HENRICUS Sozards / Brem. Sax.,
 AUCTOR ET RESPONDENS,
Horis locog, solitis.

Frankofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.

